



*SBd*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

8  
2

ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ ΧΟΔΙΑΜΒΙΚΟΝ

VIRO

*SYMME VENERABILI ATQVE EXCELLENTISSIMO*

**IOANNI ANDREAE SCHMIDIO**

ABBATI MARIAEVALLENSI

SS. THEOL. D. EIVSDEMQUE IN ILLVSTRI IVLIA PROFESSORI

PVEL. ORD. IMMORTALITER MERITO

NEC NON

VIRO

*SYMME REFERENDO ATQVE EXCELLENTISSIMO*

**IVSTO CHRISTOPHORO BOEHMERO**

SS. THEOL. D. EIVSDEMQUE ET ELOQVENTIAE

IN ILLVSTRI IVLIA PROFESSORI PVEL. ORD. CELEBERRIMO

PATRONIS MAGNIS

VIII ID. SEPT. A CICIO CXCIX

AD COENOBIVM ET LYCEVM ILFELDENSE INVISERE DIGNATIS

OBSERVANTIAE TESTANDAE ERGO SCRIPTVM

AB

**IO. HENR. STVSS** PAEDAG, ILFELD, CONR.

182

AK



**S**ALVETE, LUMINA ALTA IVLIAE ILLVSTRIS,  
Veneranda doctis, gloria perennante  
In ore famae iam diu celebrata,  
Et litterato MAGNA NOMINA in circo,  
Saluete multum, plausibusque sinceris  
Fauete, quaeso, paruula HOSPITES TANTOS  
Quois in latebris excipit suis turba.

Nam quid Camenis deditae iuuentui,  
Quid et magistris gymnasi mage optatum  
Queat euenire honore splendido aduentus,  
Praesentiaque ILLVSTRIVM PATRONOVVM;  
Quos hi tot annos iam colunt, et obseruant,  
Ceu gratus alium filius colit patrem,  
Meritis onustam, amore viuido incensam,  
Memoremque, quantum debeat, gerens mentem;  
Quos aestimare, maximeque mirari  
Edocta pubes nostra, saepe laudatos  
Coram tuendo, corda nescit expleri.

VERENDE SCHMIDI, veritatis aeternae,  
Quam scripta dio pagina edit adflatu,  
Adfertor acer, et fidelis interpres,  
Antiquitatum prome conde sanctarum,  
Perite, solers, comis, impiger ductor  
Multae dicatae litteris sacris turbae  
Campum per omnem, quin et in penetrabile  
Scientiarum principis, viam ad caelum  
Terrae indicantis, idque Numine auctores;

Po-

Polyhistor ingens, abditaeque naturae,  
Atque artis operum conscie adstupendorum,  
Tunc ergo paruae non grauaris Ilfeldae  
Humiles opaca in valle adire fecissus,  
Atque, ut rogauit OPTIMVS LOCI PRAESVL,  
ILLVSTRIS ILLE REICHIVS, probe nostrae  
Securitati machina salutaris,  
Domitrice faeui prouidere **Vulcani**,  
TE dirigente quam faberrime facta?  
Quidni fauorem, honoribus **TVIS** plaudens,  
Reuerentiaque **NOMINIS TVI** plena,  
Cohors lycei perpetim canat tantum?

Nec singularem fas silentio inuolui  
Humanitatem, qua, colende **MAECENAS**,  
Itidemque magnum **IVLIAE** optimae fidus,  
Et eruditi lumen orbis excelsum,  
**BOEHMERE**, nostras obligare dignaris  
**TIBI** Camenas, cominus quoque indulgens  
Frontis serенаe eis amabilem obtutum:  
Quo post recessum saepe corda pascemus  
**TVVM**, videre cum licebit introrsus,  
Iugique cultu prosequi vel absentem.

Ceu fidus illud nauigantibus felix  
Fertur gemellum; sic loco peroptati  
**BOEHMERIANVM** est nomen ominis nostro.  
**VENERANDVS** ILLE namque, et **INCLITVS PRAESVL**,  
**TVVS**, **PATRONE PRAEDICANDE**, **GERMANVS**,  
Resuscitati prouidus Neandri  
Stator lycei, litterariis curis

Prom-

Promptus leuare REICHIVM, ad latus REGIS  
Negotii, magis arduis abundantem,  
Pindum hunc recepit luculenter ornandum,  
Meritisque dudum maximis sibi obstrinxit.

O sic beatae fausta fidera Ifeldae,  
VERENDE SCHMIDI, vosque, amica, BOEHMERI,  
Et osculanda NOMINA ore demisso,  
Effulgeatis publico bono, et vestro,  
Precor, atque nostro, et per diu coruscetis  
Splendore puro, nulla quem nigrae nubis  
Caligo tollat, turbo nullus exstinguat;  
Vestraeque nobis deditis clientelae  
Semper serenum indulgeatis adspectum!



IOH. MARTINVS KIEDEL

Paedagogii Ifeldensis Con-rector

Nordhausen, pridie Nonas Augusti, a. d. 1777

Therici Coelestis

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.


1077

R.40









ΠΡΟΣΦΩΝΗΜΑ ΧΩΛΙΑΜΒΙΚΟΝ

VIRO

SVMME VENERABILI ATQVE EXCELLENTISSIMO

IOANNI ANDREAE SCHMIDIO

MARIAE VALLENSI

VE IN ILLVSTRI IVLIA PROFESSORI

IMMORTALITER MERITO

NEC NON

VIRO

ENDO ATQVE EXCELLENTISSIMO

OPHORO BOEHMERO

DEMQUE ET ELOQVENTIAE

FESSORI PVBL. ORD. CELEBERRIMO

ONIS MAGNIS

SEPT. A CIOIS CXCIX

EVM ILFELDENSE INVISERE DIGNATIS

TESTANDAE ERGO SCRIPTVM

AB

VSS PAEDAG, ILFELD, CONR.

282

AK